

PA. flos ipsē. *CH.* ipsam hanc tu mihi vel vi vel clam vel
precario

fac tradas : meā nil refert dum potiar modo.

320

30 *PA.* quid? virgo quoiaſt? *CH.* nescio hercle. *PA.* un-
dest? *CH.* tantundem. *PA.* ubi habitat?
CH. nē ūd quidem. *PA.* ubi vidisti? *CH.* in via. *PA.*
qua ratione eām amisti?

CH. id equidem adveniens mecum stomachabar modo,
nec quemquam ego esse hominem arbitror quoī mage
bonae

felicitates omnes advorsae sient.

325

35 quid hoc est sceleri? perii. *PA.* quid factumſt? *CH.* rogas?
patris cognatum atque aequalem Archidemidem
nōſtin? *PA.* quidnī? *CH.* is, dum hanc sequor, fit mi-
obviam.

PA. incommode hercle. *CH.* immo enīmvero infeliciter;
nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.

330

40 illum liquet mihi deierare his mensibus
sex septem prorsum non vidiſſe proxumis,
niſi nunc quom minime vellem minimeque opū fuit.
eho nonne hoc monſtri ſimileſt? quid aīſ? *PA.* maxume.
CH. continuo occurrit ad me, quam longe quidem,

335

45 incurvo' tremulu' labiis demiſſis gemens:
“heus heus tibi dico, Chaerea” inquit. restiti.
“ſcin quid ego te volebam?” “dic.” “cras est mihi